



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 64. Scriptorum Catholicorum opera & obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

§. LXIV.

*Scriptorum Catholicorum opera
& obitus.*Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

Paucos ex Scriptoribus Catholicis recensere lubet, & quidem primo obiit die decima sexta Februarii Esprit Flechier Nemausensis Episcopus, qui præter exegetica ac poetica opera in lucem edidit Historiam Theodosii Magni, vitam Cardinalium Commendonii & Ximenii, falsitatem virtutum humanarum, sermones Panegyricos, de Virorum illustrium casibus, Historiam Cardinalis Ximenii, Epistolas Pastorales, & orationes funebres. II. Carolus Bulteau multam contulit operam Ruinartio ad editionem operum Gregorii Turonensis, scripsit etiam tractatum de præeminentia Franciæ Regum super Hispaniæ Reges. Decessit vigesima octava Maij annos natus octoginta tres. III. Vincentius Auria calamum suum acuit contra quamdam inscriptionem in Messinensi urbe erectam, & Pannormitanæ Urbi injuriam; edidit quoque relationem festivitatum pro inventione S. Rosaliæ, Historiam de Martyrio SS. Juliani, Alexandrini, & Cronionis Euno ejus Secretarii, vitam Josephi Flori unacum annotationibus, Epistolam

*Niceron t. 2.
pag. 192.
Mem. de
Trevoux
Mem. des
Hom. Illustr.
t. 3. p. 230.*

Hist. Eccles. Tom. LXVIII, S stolam

Sæc. XVIII. stolam de origine Urbis Motuæ. V.
A. C. 1710. tam gloriosæ sanctæ Venerandæ, An-
 notationes ad vitam S. Augustini No-
 velli, Rosam Cælestem, seu vitam S.
 Rosaliæ, relationem Historicam de Im-
 gine Crucifixi in Ecclesia Panormitana.
 Historiam Chronologicam Pro-Regum
 Siciliæ, & Relationem de Reliquiis
 SS. Maximiliani, Ninfæ, Eustochium
 Proculi & Golbodei, præter plura alia.
 IV. Thomas Blampin Benedictinus
 Congr. S. Mauri, qui novam S. Au-
 gustini editionem præfationibus notis
 que admodum eruditis illustravit. V.
 Ludovica a Misericordia, avita origines
 Borbonii Agri in Turonia ad castrum
 Vallierum ex illustrissimo genere nata
 unde in sæculo dicta Ludovica Fran-
 cisca de La Beaume Le Blanc de La
 Valliere, Ducissa de Vojour seu *Vallier
 Caii*. Hæc Laurentii III. Marchionis
 de La Valliere filia inter honorarias
 primæ Nobilitatis Virgines Henriette
 quæ Philippi Aurelianensis Ducis Con-
 jux erat, suum dicebat obsequium: Erat
 primævo naturæ beneficio sermone ac-
 tabilis, moribus comis, atque ingenio
 abundantia præstans, quibus animi
 corporisque dotibus inescatus Ludovi-
 cus XIV. Franciæ Rex, importunis sol-
 licitationibus, profusisque opibus dis-
 reluctantem ad illicitos amplexus re-
 puit

puit, atque ex ea Mariam Annam & Ludovicum Bourbonium suscepit: Deo autem miserante Ludovica gravi morbo correpta serio de imminente animæ suæ periculo cogitare cæpit, atque intimo cordis sui dolore tacta per austeram poenitentiam præteritæ vitæ suæ noxas eluere statuit. Igitur ruptis concupiscentiæ vinculis Regis gratiæ, & amoris valedixit, ac generoso Aulæ, opum, & mundanarum vanitatum contemptu ad Carmelitarum Theresianarum Asceterium Parisiis in Suburbio S. Jacobi advolans aufugit, ubi Deo per solemnem votorum sponsionem dicata publice nigrum Monasticæ Professionis velum e manibus Mariæ Theresiæ Reginæ Franciæ die tertia Junii Anno 1673. recepit, atque in poenitentia, mortificationis, sui abnegationis, aliarumque virtutum exercitiis per triginta sex annos usque ad mortem perseveravit, ac tandem meritis clara die sexta Junii annos nata sexaginta quatuor pie in Domino obiit: Ut vero poenitentia ac meditationis specimen relinqueret, scripsit *Reflexiones super Misericordiam Dei*, opus plane aureum, in varia translatum idiomata, ac Parisiis, Hagæ Comitum & alibi sæpius recusum. Nec minoris pretii atque utilitatis est alius ejusdem libellus,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1710.

Sæc. XVIII. cui titulus: *Rekursus animæ ad Deum*
A. C. 1710. conversæ.

§. LXV.

Lucubrationes & decessus Scriptorum A catholicorum.

*Mem. des
 Hom. Illust.
 t. I. & 2.*

Ex Scriptoribus Eterodoxis hoc anno defunctis magis celebrantur. I. Thomas Ittigius, qui scripsit de hæresibus primis, Prolegomena in Josephi opera, Bibliothecam Patrum, tractatum de Bibliothecis, & catenis Petrum, Historiam Synodorum Calvinianarum in Galliis, selecta capita Historiæ Eccl. Sæculi I. & II. Exercitationes Theologicas, Historiam Concilii Nicæni, de termino Gratie Divinæ, disputationes & alia nonnulla. II. Georgius Bullus edidit duas dissertationes de Justificatione, defensionem fidei Nicænæ, Judicium Ecclesiæ Catholicæ trium primorum sæculorum de necessitate credendi Jesum esse verum Deum, primitivam doctrinam doctrinæ de Christi unitate & plura alia. III. Gabriel Croesus publici juris fecit Historiam Quackerianam, Homerum Hebraizantem, & Statum Hollandiæ. IV. Joannes Braun elucubravit verum Batavorum religionem, tractatum de vestitu Sacerdotum hebræorum, doctrinam foederum, commentarium